Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



EXO

et duces totius exercitus. Indurauit
que dominus cor pharaonis regis egyp
ti. et persecutus est filios israel. At illi
egressi erant in manu excelsa. Cum
que persequerentur egyptii uestigia pre
cedentium. reperiunt eos in castris
mane. Omnis equitatus et currus
pharaonis et uniuersus exercitus eius
erat in pharaoth. contra beelsephon.
Cumque appropinquasset pharao. leua
tes filii israel oculos. uiderunt egyp
tios post se. et timuerunt ualde.
Clamauerunt que ad dominum et dixe
runt ad moysen. Forsitan non erant
sepulchra in egypto. ideo tulisti nos
ut moreremur in solitudine. quid
hoc facere uoluisti. ut educeres nos
de egypto. Nonne iste est sermo quem
loquebamur ad te in egypto. dicen
tes. Recede a nobis. ut seruiamus
egyptus. Multo enim melius est ser
uire eis quam mori in solitudine.
Et ait moyses ad populum. Nolite timere
state et uidete magnalia domini
que facturus est hodie. Egyptios
enim quos nunc uidetis. nequaquam
ultra uidebitis usque in sempiternum.
Dominus pugnabit pro uobis.
et uos tacebitis. Dixit dominus
ad moysen. Quid clamas ad me.
Loquere filiis israel. ut proficiscantur.
Tu autem eleua uirgam tuam. et
extende manum tuam super mare.
et diuide illud. ut gradiantur fi
lii israel per medium maris sicci. Ego
autem indurabo cor egyptiorum. ut
persequentur uos. et glorificabor in pha
raone et in omni exercitu eius. et in
curribus et in equitibus illius. et
scient egyptii quia ego sum domin
deus. cum glorificatus fuero in pha
raone. et in curribus. et in equitibus
eius. Tollens que se angelus domini
qui precedebat castra israel. abiit
post eos. et cum eo pariter columpna
nubis. priora dimittens. post ter
gum stetit inter castra egyptiorum.
et inter castra filiorum israel. Et
erat nubes tenebrosa ex parte egyp
tiorum. et illuminans noctem ex parte
iudeorum. ita ut ad se inuicem
toto noctis tempore accedere non
ualerent. Cumque extendisset mo
yses manum super mare. abstulit
illud dominus. flante uento uehe
mentissimo et urenti tota nocte. et
uertit in siccum. Diuisa que est aqua.
et ingressi sunt filii israel per medium
maris sicci. Erat enim aqua qua
si murus a dextra eorum. et leua.
Persequentes que egyptii ingressi sunt
post eos. omnis que equitatus pha
raonis. currus eius et equites per medium
maris. Iamque aduenerat uigilia
matutina. et ecce respiciens domi
nus. super castra egyptiorum per colum
pnam ignis et nubis. intercepit ex
ercitum eorum. et subuertit rotas
curruum. ferebantur que in profun
dum. Dixerunt ergo egyptii. fugia
mus israelem. Dominus enim pugnat
pro eis contra nos. Et ait dominus
ad moysen. Extende manum tuam
super mare ut reuertantur aque ad
egyptios super currus et equites. Cum
que extendisset moyses manum contra
mare. reuerse sunt aque. primo di
luculo ad priorem locum. fugien
tibus que egyptiis occurrerunt aque.
et inuoluit eos dominus in medius